

NVMMI FELICIS AVGVRII,
CUSI CHRISTIANO IV. IN DANIAE
Regem electo, coronato: Anno
Christi 1597.



Ridericus Daniæ Rex, cum Anno Regni trigesimo, ætatis verò quinquagesimo sexto, à nato Christo 1588. Anderfoæ in Selandia fatis concederet, è Sophia, Ulrici Ducis Megapolitani filiâ, septem reliquit liberos: Christianum, Ulricum, Joannem, Elisabetham, Annam, Augustam, Hedwigen: è quibus Christianus Quartus puer undecennis patri in regno successit, adjunctis illi è Senatu Regni quatuor consiliariis præcipuis; Nicolao Kaas Cancellario:

Georgio Rosenfrans / Petro Munck Amiralio: Christophoro Walckendorph Thesaurario: penes quos summa consiliorum ac gubernationis, donec Rex adolesceret, auctoritas esset. Cum verò jam Christianus pleniores ingressus esset adolescentiæ iudicii que annos, administrationem Regni, hæreditariumque Provinciarum ipse adire, & in se suscipere decrevit. Convocatâ igitur omni nobilitate, cum insigni equitatu in Ducatum Sleswicenssem profectus Septemb. die 10. Flensburgû nobile emporium ad Eoum mare ingressus, prostridie Regni Ordines in arce convenire iussit; in quorum confessu hujus conventus causam animique propositum de Regno